

duce, belli impetus navigavit? Qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit, nondum tempestivo ad navigandum mari: atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsiidiis classibusque munivit. Inde se cum in Italiam recepisset, duabus Hispaniis et Galliâ Cisalpinâ præsiidiis ac navibus confirmatâ, missis item in oram Illyrici maris, et in Achaiam, omnemque Græciam navibus, Italiâ duo maria maximis classibus firmissisque præsiidiis adornavit: ipse autem, ut a Brundusio profectus est, undequingagesimo die totam ad imperium populi romani Ciliciam adjunxit: omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius hujus imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit, obsidesque imperavit. Itâ tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latèque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extremâ hieme apparavit, ineunte vere suscepit, mediâ æstate confecit. Est hæc divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceterâ,

Nondum, no estando aun el mar en disposicion de poderse navegar, y aseguró estos tres pósitos ó graneros de la república. *Galliâ*, la Lombardia. *Italiâ*, guarneció los dos mares de Italia. *Undequingagesimo*, en cuarenta y nueve dias. *Ubique*, que habia en todas partes. *Imperio*, se entregaron á discrecion. *Idem*, él mismo no hizo perder las esperanzas á los Cretenses de admitirlos por entrega, y les hizo aprontar rehenes. *Deprecatoresque*, medianeros. *Tam longè*, y que tanto se ha extendido por todas partes. *Extremâ*, hizo al fin del invierno los preparativos, la emprendió en el principio de la primavera, y la concluyó en el medio del verano.

Frumentaria, pósito se llama la casa en que se guarda la cantidad de trigo que se tiene de repuesto para tiempo de necesidad.

Duabus, las dos Españas. Esto es, la citerior y ulterior, ó por otro nombre la España Tarragonesa y la Bética.

Galliâ, es esta parte de Italia desde los Alpes; dividela el rio Po en Cispadana y Transpadana.

Duo maria, estos fueron el mar Adriático ó golfo de Venecia, y el Tirreno ó mar de Toscana.

Ciliciam, la Cilicia. Esta es provincia de la Asia Menor: bajo del nombre de Caramania comprende tambien la Panfilia, Pisidia, y parte de la Capadocia meridional.

Est hæc, arguye así por las virtudes morales: en aquel general se encuentran las virtudes morales en quien se halla desinterés, moderacion, fidelidad, elocuencia y afabilidad: todas estas se hallan en Pompeyo; luego se hallan en sumo grado las virtudes morales.

quas paulò antè commemorare cœperam, quantæ atque quàm multæ sunt? Non enim solum bellandæ virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est, sed multæ artes eximiæ, hujus administræ, comitesque virtutis. Ac primùm quantâ innocentia debent esse imperatores! quantâ deinde omnibus in rebus temperantia! quantâ fide! quantâ facilitate! quanto ingenio! quantâ humanitate! Quæ breviter, qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veniant centuriatus, atque venierint? Quid hunc hominem magnum aut amplum de republicâ cogitare, qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italiâ per agros atque oppida civium romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini. Tum facilius statue-

Summo, consumado. *Sed multæ*, sino que hay otras prendas excelentes, que son las auxiliares y compañeras de esta. *Quantâ innocentia!* ; qué irreprehensibles! ; qué moderados en todo! ; qué fieles! ; qué afables! ; qué ingeniosos! ; qué humanos! *Summa*, se hallan en sumo grado. *Ex aliorum*, cotejándolas con las de otros. *Quem enim*, porque, ¿qué concepto podremos formar de aquel general, etc.? *Centuriatus*, las capitancias, los grados. *Quid*, ¿qué cosa grande y gloriosa puede pensar en favor de la república el que por la ambicion del gobierno, ó repartió entre los magistrados el dinero que se sacaba del erario para los gastos de la guerra, ó lo dejó puesto á ganancias en Roma por su avaricia? *Admurmuratio*, murmullo. *Itinera*, las marchas. *Statuetis*, juzgareis lo que han hecho en, etc.

Quem enim, amplifica su desinterés por ejemplos desemejantes, y le prueba por efectos, porque el

ejército de Pompeyo no hacia daño á los aliados.

tis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet; neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult. Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem, cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam vero, quemadmodum milites hibernant, quotidie sermones ac litteræ perferuntur. Non modo, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiæ, per fugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. Ago vero, ceteris in rebus quali sit temperantiâ, considerate. Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum initum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: sed hæ res, quæ ceteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Postremo signa et tabulas, ceteraque ornamenta græcorum oppidorum, quæ

Plures, juzgais que son mas las ciudades de los enemigos que han destruido nuestras armas, que las de los aliados que han arruinado en los cuarteles de invierno. *Continere*, refrenar. *Ut non*, que no solo las manos, pero ni aun las pisadas de tan numeroso ejército se dice que hayan hecho daño alguno en el campo de los que estaban en paz. *Hiemis*, que las casas de los aliados y amigos sirviesen de abrigo para el frío, pero no para la avaricia. *Ago*, pero pasemos adelante. *Tantum*, provino una tan grande é increíble prontitud en sus navegaciones. *Ars*, habilidad no oída de los pilotos. *Ultimas*, á lo último del mundo. *Avaritia*, no le apartó de su rumbo la avaricia para coger alguna presa, ni la liviandad para entregarse á los deleites, ni la amenidad de los lugares para divertirse, ni la fama de alguna ciudad para reconocerla, ni finalmente el trabajo para tomar descanso; por último, las estatuas y pinturas, etc.

Ago vero, muestra su moderacion por los efectos.

ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt credere; fuisse homines romanos hac quondam abstinentiâ; quod jam nationibus exteris incredibile, ac falso memoriæ proditum videbatur. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non sine causâ majores suos tum, cum hac temperantiâ magistratus habebamus, servire populo romano quam imperare aliis maluisse. Jam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copiâ valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem vero ejus inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam esse judicant? Humanitate jam tantâ est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantibus timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitavit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestræ memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet, certè nemini dubium

Tollenda, que las deben tomar. *Abstinentiâ*, desinterés. *Incredibile*, cosa increíble y fabulosa. *Jam*, mas ya se dice que tienen los particulares tan franca entrada para hablarle, y tanta libertad para quejarse. *Facilitate*, llaneza. *Quantum*, cuán grande sea su prudencia, cuánta la gravedad y afluencia de sus discursos, en lo que consiste cierta majestad de un general. *Sanctissimam*, la mas respetable. *Transmittendum*, el fiar. *Memoriæ*, de vuestro siglo. *Divino*, por especial providencia divina.

Bellis, para la direccion de una guerra y gobierno militar.

Et quisquam, complexion del siglogismo acerca del valor de Pompeyo.

Et quoniam, tercera parte de la asuncion, en que prueba su autori-

dad así :aquel es sumo general en quien se halla grande autoridad, en Pompeyo se halla esta grande autoridad; luego es consumado general

est, quin eâ in re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ quàm aliquâ certâ ratione commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit? Cujus res gestæ pares? De quo hominè vos (id quod maximè facit auctoritatem) tanta et tam præclara judicia fecistis? An verò ullam usquam esse oram tam desertam potatis, quò non illius diei fama pervaserit, cum universus populus romanus, refero foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum hujus auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui quo die à vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summâ inopiâ et caritate rei frumentariæ consecuta est unius spe et nomine, quantam vix ex summâ ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Jam verò acceptâ in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò ante inivitus admonui, cum socii pertinuissent, hostium opes animique crevissent; cum satis firmum præsidium provincia non haberet, amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad id ipsum temporis divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi romani attulisset. Hujus adventus et Mithridatem insolitâ in-

Quin, que la hay muy grande en este general. *Quid hostes*, cuál es el juicio que forman. *Opinione*, se dejan llevar no menos de la voz comun que de alguna razon sólida. *De quo*, de qué sugeto habeis dado tantos y tan ilustres testimonios, lo cual contribuye sobre todo para conciliar autoridad? *Valeat*, de cuánto peso es. *Rerum*, acciones ilustres. *Tanta repente*, se siguió repentinamente tan grande baja en el precio de los granos despues de una extrema escasez y carestía. *Efficere*, ocasionar una larga paz despues de una fertilísima cosecha. *Calamitate*, el descalabro en aquel choque de que poco ha os hice mencion á pesar mio. *Divinitus*, por providencia del cielo...

Quod igitur, prueba de la asuncion por las causas.

Itaque ut, prueba de la misma por efectos.

flammatum victoriâ continuit, et Tigranem magnis copiis mimitantem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecterit, aut quàm facillè imperio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age verò, illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi romani auctoritatem, quòd ex locis tam longinquis, tamque diversis, tam brevi tempore omnes unâ huic se dederunt? Quòd Cretensium legati, cum in eorum insulâ noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras venerunt, eique se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem ipse Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? eumque Pompeius legatum semper judicavit: ii, quibus semper erat molestum ad eum potissimum esse missum, speculatorem quàm legatum judicari maluerunt. Potestis igitur jam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis, magnisque vestris judiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exterarum nationum valituras esse existimetis.

Reliquum est, ut de felicitate (quam præstare de se ipse nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus), sicut æquum est homini de potestate deorum, timidè et pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni,

Retardavit, detuvo el impetu. *ii, quibus*, aquellos que llevaban á mal el que hubiese sido enviado á él y no á otro, quisieron mas que pasase por espía que por embajador. *Potestis igitur*, el orden es: *potestis igitur constituere jam quantum existimetis valituras esse apud illos reges, quantum apud nationes exterarum auctoritatem hanc amplificatam, etc.*, ya podéis acabar de conocer cuánto ha de poder para con aquellos reyes, cuánto para con las naciones extranjeras su autoridad, engrandecida despues con sus muchas acciones y honoríficos decretos vuestros.

Reliquum, solo resta que acerca de la felicidad, la que ninguno puede prometerse de sí mismo, pero podemos hacer mencion y hablar de la otro, hablemos con respeto y brevedad, como es justo

Potestis igitur, complexion de este silogismo.

Reliquum est, la cuarta parte de la asuncion, en que prueba la felici-

dad. Se debe elegir general á aquel en quien se halla mayor felicidad: tal es Pompeyo; luego á este se ha de elegir.

Mario, et ceteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem et gloriam, et ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, de quo nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut invisam diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum praedicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaeque, terrae marique, quantaeque felicitate gesserit, ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obediunt, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. Hoc brevissime dicam, neminem unquam tam impudentem fuisse, qui a diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causa, sicuti facitis, velle et optare debetis. Quare cum et bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit: ita magnum, ut accuratissime sit administrandum; et cum ei imperatorem praeficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna, dubi-

en una cosa que está en poder de los dioses el concederla. *Fuit enim*, pues el cielo ha concedido cierto tino á algunos hombres para todo lo que es grandeza y gloria, y para el desempeño de sus empresas. *Non ut*, que diré, no que ha sido él el árbitro de la fortuna, sino que haciendo memoria de lo pasado parece podemos esperar lo por venir, para que mi discurso no sea odioso á, etc., ó ingrato á sus beneficios. *Cives*, asientan los ciudadanos, condescendian los aliados, obedecian los enemigos, sino que aun los vientos y temporales le eran propicios. *Tacitus*, en el secreto de su corazón. *Proprium*, le sea durable y permanente...

Ego enim, prueba de la proposición por ejemplos.

Fuit enim, asunción ilustrada con una comparación y per los efectos.

Quod ut illi, complexión de esta asunción.

Quare cum, epílogo de toda la confirmación.

tabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis a diis immortalibus oblatum et datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis? Quod si Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. Nunc cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit, quid exspectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem cui cetera summa cum salute reipublicae commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?

At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicae, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus; itemque summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt; quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor; sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsa re et ratione exquirere possumus veritatem; atque hoc facilius, quod ea omnia, quae adhuc a me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompeium: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista

At enim, pero son de contrario dictamen Q. Cátulo, sugeto muy esclarecido y amante de la república, y á quien vosotros habeis honrado con señaladissimos beneficios, y Q. Hortensio, dotado de esclarecidissimas prendas, etc. *Tametsi*, aunque veis que á ello se opone la autoridad de los mas valerosos y esclarecidos sugetos. *Ipsa re*, averiguar la verdad por sí misma y por la razon. *Obsolevit*, perdió ya toda su fuerza esa réplica, refutada mas por la ex-

Quod si, argumento de comparación: Mucho mas justo es dar el mando de esta guerra al que está obteniendo el mando, que á un particular; se debia dar el mando de esta guerra á Pompeyo aun cuando fuera solo particular; luego mejor se le debe dar estando ya en el Asia con su ejército.

Quia igitur, refuta el argumento de Hortensio con una paridad. Las razones de Hortensio no deben tener mas fuerza contra la ley de Manilio que la que tuvieron contra la de Gabinio: ninguna fuerza tuvieron contra la ley de Gabinio; luego tampoco contra la de Manilio.

oratio, re multò magis quàm verbis refutata. Nam tu idem Q. Hortensi, multa pro tuâ summâ copiâ ac singulari facultate dicendi, et in senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter ornatèque dixisti, cum is de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset, et ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti. Quid? tum, per deos immortales, si plus apud populum romanum auctoritas tua quàm ipsius populi romani salus et vera causa valisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cum populi romani legati, prætores, quæstoreque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu et privato et publico prohibebamur? cum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam neque publicam jam obire possemus? Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensem, quæ satistatè quondam mare tenuisse dicitur; non Carthaginiensem, qui permultum classe maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit: quæ civitas antea unquam tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus snos, et agros, et aliquam partem regionis atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercule aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus romanus, cujus usque ad nostram memoriam nomen in-

periciencia que con razones. *Pro tuâ*, conforme á tu afluencia suma y singular habilidad en perorar, tuviste un discurso majestuoso y elegante. *De uno*, acerca de nombrar un solo general. *Capiebantur*, eran hechos prisioneros. *Commeatu*, no se nos permitia entrar viveres para los particulares ni para el público. *Ut neque*, de suerte que ni podiamos ya desempeñar los negocios particulares ni públicos ultramarinos. *Quæ satistatè*, de quien se dice que en otro tiempo fué dueña de un dilatado espacio de mar. *Permultum*, tuvieron mucho poder en armadas y comercio marítimo. *Quorum*, cuya disciplina y gloria naval duraron hasta nuestros días. *Tenuis*, de tan pocas fuerzas...

Quid tum, arguye por consiguientes. Si aquella razon contra Gabinio hubiera valido, permaneceria aun el riesgo de la republica; luego si vale contra Manilio, se deberá temer lo mismo.

An tibi, amplifica el peligro por los efectos.

Quæ civitas, amplifica la ignorancia por comparacion y antecedentes.

victum in navalibus pugnis permanserat, magnâ ac multò maximâ parte non modò utilitatis, sed dignitatis atque imperii, caruit. Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persenque superarunt, omnibus navalibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt; ii nullo in loco jam prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus, tum cum insula Delos tam procul a nobis in Egeo mari posita, quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro; nihil timebat, iidem non modò provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appiâ jam viâ carebamus, et his temporibus non pudebat magistratus populi romani in hunc ipsum locum ascendere, cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, et classium spoliis ornatum reliquissent. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus romanus et ceteros, qui erant in eadem sententiâ, dicere existimavit ea, quæ sentiebatis; sed tamen in salute communi idem populus romanus dolori suo maluit quàm auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus non modò nos illâ miserâ ac turpitudine liberavit, sed etiam effecit, ut aliquando verè videremur omnibus gentibus ac nationibus terrâ marique imperare. Quò mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, an Pompeio, an utrique (id quod est verius)? ne legaretur A. Gabinus Cn.

In maritimis, los mas prácticos y diestros en la marima. *Pares*, no podiamos contrarrestar en parte alguna á los piratas. *Salvos præstare*, defender. *Bono animo*, con buena intencion vuestro sentir. *Salute*, en lo que mira al bien comun quiso mas atender. *Una*, un solo sugeto con una sola ley en un solo año nos libertó de aquella miseria y oprobio. *Obtrectatum*, que se hayan opesto.

Persenque, y al rey Perses. Fué este último rey de Macedonia á quien venció Paulo Emilio.

Appiâ viâ, este camino se llamó así por haber sido hecho en tiempo de Apio Claudio. Llega desde la ciu-

dad de Roma hasta Capua, y por estar por algunas partes inmediato al mar era muy peligroso por los corsarios, que saltando en la costa robaban á todos los pasajeros.

Itaque, complexion.

Pompeio expetenti ac postulanti? Utrum ille qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cum ceteri ad expilandos socios, diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cujus lege salus ac dignitas populo romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriae ejus imperatoris, atque ejus exercitus, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? An Cn. Falcidius, Q. Metellus, Q. Coelius Latinien- sis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum tribuni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperatore atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam praecipuo jure esse deberet? De quo legando spero consules ad senatum relatores. Qui si dubitabunt, aut gravabuntur, ego me profiteor relatores, neque me impediet cujusquam, Quirites, inimicum edictum, quominus, fretus vobis, vestrum jus beneficiumque defendam: neque praeter intercessionem quidquam audiam, de qua (ut arbitror) isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinus, belli maritimi rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur, propterea quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum suscip- tumque confecit.

Idoneus, no es acreedor á conseguirlo. *Cujus lege*, de cuya ley tiene su fundamento el bien y lustre del pueblo romano y de todas las naciones, no debe ser participante. *Tam diligentes*, tan escrupulosos, tan mirados. *Qui... praecipuo*, que debia serlo con particular derecho. *Constituit*, levanto. *Relatores*, darán cuenta. *Aut gravabuntur*, ó anduvieren remisos. *Neque me*, sin que me impida ningun edicto en contrario el defender. *Audiam*, ni daré oídos á cosa alguna, sino á la oposicion de los tribunos. *Mea quidem*, por mi voto solo, A. Gabinio, promotor de la guerra y hazañas contra los piratas, debe darse por compañero, etc.

An Cn. Falcidius, á la ley opuesta responde por comparacion: Aquella ley debia observarse menos en Gabi- nio que en los demás; en algunos otros tribunos no se observó; luego mucho menos en Gabinio.

Qui in hoc bello, prueba de la proposicion.

Praeter intercessionem, de los tribunos era propio el impedir y prohibir algunas leyes.

Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur. Qui cum ex vobis quaereret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri, cepit magnum suae virtutis fructum ac dignitatis, cum omnes prope una voce in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, quod quò minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita atque virtute. At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum. Non dico hoc loco majores nostros semper in pace consuetudini, in belle utilitati paruisse: semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse; non dicam duo bella maxima, punicum et hispaniense, ab uno imperatore esse confecta; duas urbes potentissimas, quae huic imperio maxime minabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas; non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C.

Qui cum, etc., el órden es: qui cum quaereret ex vobis, in quo habituri essetis spem, si poneretis omnia in uno Cn. Pompeio, si quid de eo, etc., el cual preguntándoos en quien pondriais vuestra esperanza si sucedia alguna desgracia á Pompeyo, supuesto que á él lo contiabais todo. *Dignitatis*, mérito. *Nulla*, no hay cosa por grande y difícil que sea que no la pueda gobernar con su prudencia. *Quòd quò*, porque cuanto mas incierta y breve es la vida de los hombres. *Nihil novi*, pero me dirán no se introduzca novedad alguna. *Paruisse*, atendieron. *Ad novos*, acomodaron nuevas determinaciones á las nuevas circunstancias de los tiempos...

Sed in hoc, argumento sacado de la causa formal: De aquel bien que es caduco debemos usar mientras se nos permite; la vida de Pompeyo es caduca; luego debe usar de ella la república mientras se le permita.

At enim, á la objecion de que no se debia hacer cosa contra las determinaciones de los antepasados

satisface así: en las grandes guerras se ha de atender antes á la utilidad que á la costumbre; ahora amenaza la grande guerra de Mitridates; luego en ella se ha de atender antes á la utilidad que á la costumbre.

Non dico, proposicion y su prueba por semejanzas.

Mario spes imperii poneretur; ut idem cum Jugurthâ, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint nova summâ Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam novum, quàm adolescentulum privatam, exercitum difficili reipublicâ tempore conficere? confecit: huic præesse? præfuit: rem optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, ejus a senatorio gradu ætas longè abesset, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti atque Africam, bellumque in eâ administrandum! Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute; bellum in Africâ maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm equitem romanum triumphare? at eam quoque rem populus romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatam pro consule. L. Philippus dixisse dicitur: non se illum suâ sententiâ pro consule, sed pro consulibus mittere. Tanta in eo reipublicâ bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti commit-

Cum Theutonis, con los Tudescos. *Summâ*, con pleno consentimiento. *Conficere*, levantase. *Præesse*, que lo comandase? *Cujus*, cuya edad distaba mucho de la que se requeria para la dignidad de senador. *Permitti*, que se confiase. *Fuit*, se portó en aquellas provincias con singular desinterés. *Studio*, sino que lo juzgó por cosa muy digna de verse. *Non se*, que por su voto le enviaba, no en lugar de un cónsul, sino en lugar de los dos...

Jugurtha, Yugurta, rey de Numidia en Africa.

Theutonis, estos son unos pueblos de Alemania en la inferior Saxonía.

In ipso, amplificación por adjuntos.

Cujus a senatorio, para el empleo de senador era necesario tener

á lo menos veinte y seis años, y Pompeyo no tenia entonces mas que veinte y tres.

Equitem romanum, uno que solo era caballero romano. Dice esto porque no se permitia entonces el triunfo sino á los que habian sido cónsules, pretores ó dictadores.

teretur. Quid tam singulare, quàm ut ex senatusconsulto legibus solutus, consul ante fieret, quàm illum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm ut iterum eques romanus ex senatusconsulto triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla tanta ac tam nova profecta sunt in eundem hominem a Q. Catulo, atque a ceterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant ne sit periniquum et non ferendum illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate a vobis comprobata semper esse; vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populique romani auctoritatem improbari: præsertim cum jam suo jure populus romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiant, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temere fecistis, et reipublicâ parum consulistis, rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in reipublicâ vidistis; vos, his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi

Legibus, dispensado de las leyes. *Profecta sunt*, se los ha debido este mismo hombre á Q. Câtulo, y á la autoridad de los demás distinguidos senadores. *Periniquum*, cosa la mas injusta é insufrible que aprobeis lo que ellos aprobaron sobre el mérito de Pompeyo, y que ellos desapruében el dictâmen que vosotros habeis formado acerca de su persona. *Reclamantibus*, rehusândolo estos. *Vos enim*, le escogisteis entre todos para darle el mando. *Temerè*, inconsideradamente. *Studia*, arreglar vuestras pasiones con sus consejos...

Legibus, estas leyes eran la Villa y la Cornelia, de las cuales la una prohibia la promocion al consulado hasta los cuarenta y dos años; y la otra, además de la edad dicha, requeria que los pretendientes hubiesen ya obtenido el cargo de cuestores y pretores; y Pompeyo, no solo no habia obtenido estas dignidades, pero ni tenia la edad proporcionada,

por lo que tanto en una como en otra se le dispensó en atencion á sus relevantes prendas.

Quare videant, complexion.

Præsertim, prueba por la comparacion que no se debe reprender en la ley Manilla. el mando extraordinario que no se reprende en la Gabinia.

terrarum altulisti: aliquando isti principes, et sibi et ceteris, populi romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello asiatico et regio non solum militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quæque virtutes animi multæ et magnæ requiruntur. Difficile est in Asiâ, Ciliciâ, Syriâ, regnisque exterarum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quàm de hoste ac de laude cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantiâ moderatiore, tamen eos esse tales propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exterarum nationum propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, injurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Urbes jam locupletes ac copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram Q. Catulo et Q. Hortensio disputarem, summis et clarissimis viris. Noverunt enim sociorum vulnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione contra socios atque amicos? Quæ civitas est in Asiâ, quæ non modò unius imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? Quare, etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen, nisi erit idem, qui se a pecuniis sociorum, qui ab eorum conjugibus ac liberis, qui ab auro gazaque regiâ manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus qui ad bellum asiaticum regiumque mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam

Sibi, que así ellos como los demás deben obedecer. *Regio*, y contra dos reyes. *Versari*, se porte de tal manera en el Asia, etc., que no atiende á otra cosa que al enemigo y á su alabanza. *Pudore*, mas moderados por su pundonor y desinterés. *Cupidorum*, de hombres ambiciosos. *Injurias*, injusticias y vicios. *Nostris*, que nuestros magistrados hayan mirado como sagrado? ¿qué ciudad que hayan respetado? *Simulatione*, bajo el pretexto. *Quæ non*, que pueda sufrir los bríos y humos, no digo de un general ó de un legado, pero ni los de un mero tribuno militar? *Collatis*, en campal batalla. *Idem*, si no fuese tal que pueda refrenarse para no tocar en los intereses de los aliados. *Qui ab*, que sepa contener sus manos, ojos y corazón. *Ecquam*, ¿qué ciudad pensais que ha estado en paz siendo rica, y cuál ha sido rica que les haya parecido á estos estar en paz?...

fuisse, quæ locuples sit; ecquam esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim populus romanus non locupletari quotannis pecuniâ publicâ præter paucos, neque eos quidquam aliud assequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur. Nunc quâ cupiditate homines in provincias, quibus jacturis, quibus conditionibus profiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi verò Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitis, magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant? Quòd si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis: est vobis auctor vir bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus P. Servilius, cujus tantæ res gestæ terræ marique exstiterunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat. Est C. Curio summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentiâ præditus. Est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis. Est C. Cassius integritate, virtute, constantiâ singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.

Quæ cum ita sint, C. Manili, primùm istam tuam et legem

Continentiam, por la moderacion de su ánimo. *Pecuniâ*, con las rentas anuales. *Classium*, con el pretexto de las armadas. *Majore*, quedar mas deshonrados con los daños que recibíamos. *Quâ cupiditate*, con qué codicia. *Auctor*, os aconseja. *Bellorum*, muy adiestrado en todas las guerras y asuntos mas importantes. *Gravior*, debeis anteponer su dictámen al de todos los demás. *In quo*, cuya suma prudencia y gravedad reconociois por los grandes honores que le habeis concedido. *Orationi*, al discurso de aquellos que son de contrario parecer.

Quæ cum ita, exhorta á Manilio á la constancia, valiéndose de los adjuntos, y promete su ayuda á él y al pueblo.

et voluntatem et sententiam laudo; vehementissimèque comprobo; deinde te hortor, ut auctore populo romano maneat in sententiâ, neve cujusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi constantiæque arbitror: deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus: quid est quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi romani, atque hae potestate prætorîâ, quidquid auctoritate, fide, constantiâ possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo romano polliceor et defero. Testorque omnes deos, et eos maxime, qui huic loco tempoque præsent, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maxime perspicunt, me hoc neque rogatu facere cujusquam; neque quod Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quod mihi ex cujusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adjumenta honoribus quaeram: propterea quod periculum facile, ut hominem præstare oportet, innocentiam tecti pellemus: honores autem, neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eadem nostrâ illâ laboriosissimâ ratione vite, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem quidquid in hac causâ mihi susceptum est, Quirites, id omne me reipublicæ causâ suscepisse confirmo: tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quaesisse videar, ut multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas, intelligam, mihi non

Vehementissimèque, y apruebo de todo mi corazon. *Auctore*, teniendo á su favor. *Vim*, poder. *Studio*, empeno. *In eodem*, cuando se ha dado algun otro empleo á este mismo. *De re*, en el caso ó en la facilidad de ejecutarlo. *Potestate*, dignidad de pretor. *Polliceor*, prometo y pongo en tus manos todo mi conato. *Eos maxime*, y principalmente á los tutelares de, etc. *Perspicunt*, penetran á fondo las intenciones de todos los que manejan. *Amplitudine*, engrandecimiento. *Præsidia*, apoyo en mis riesgos ó favor en mis pretensiones. *Ut hominem*, como es puesto en razon que lo haga un hombre. *Aliquam*, y estoy tan lejos de persuadirme que adquiera alguna buena correspondencia, que antes al contrario. *Mihi non*, que yo no necesitaba, y que á vosotros no serán inútiles...

necessarias, vobis non inutiles, suscepisse. Sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, et reipublicæ dignitatem, et salutem provinciarum atque sociorum, meis omnibus commodis et rationibus præferre oportere.

Sed ego, pero yo me persuadí, que hallándome honrado con esta dignidad y distinguido con tantos beneficios vuestros, debía anteponer vuestra voluntad, el honor de la república, la conservación, etc., á todas mis utilidades ó intereses.

ANÁLISIS.

Pertenece esta oracion al género deliberativo, pues se dirige á manifestar debe aprobarse la ley de Manilio, y enviarse á Pompeyo por general de la guerra de Asia; y al demostrativo en la parte que trata las alabanzas de Pompeyo, por lo que la tercera parte de la confirmacion es un excelente panegirico. Su estilo es mediano y florido, con mas adorno en los pensamientos que en las palabras. Consta de exordio, narracion, division, confirmacion, refutacion y peroracion.

En el exordio se capta la benevolencia, alabando al pueblo romano, cuya vista le era muy gustosa, y muy honroso hablar en su presencia (*Quamquam*), hablando modestamente de sí, que nunca se habia mezclado en asuntos públicos, y solo se habia empleado en defender causas particulares (*Nam cum antea*); manifestando su agradecimiento por los honores que le habian hecho, y prometiendo corresponder con su autoridad y arte oratoria (*Nam cum propter*). Se gana la atencion exponiendo la importancia del asunto y abundancia de la materia (*Atque illud*).

En la narracion refiere la guerra del Asia, grave y peligrosa á los aliados y provincias tributarias, declarada por Mitridates y Tigranes (*Atque ut inde*), y los daños que experimentan los caballeros romanos (*Equitibus*) y los aliados (*Bithyniæ*), los cuales daños no han remediado Luculo ni Glabrio (*Lucullum*), y solo Pompeyo puede impedir (*Unum*).

La proposicion está dividida en tres partes, pues dice hablará de la calidad de la guerra, de su grandeza, y del general que se ha de elegir (*Causa quæ sit*).

En la primera parte de la confirmacion prueba interesar la gloria del pueblo romano, por ser ignominia que reine Mitridates despues de haber dado muerte á muchos miles de Romanos, haberse apoderado del Asia, juntado ejército, y hecho alianza con los enemigos del pueblo romano (*Et quoniam*); dejándole Sila y Murena reinando, y Luculo vencedor (*Etenim adhuc*); siendo así que los antiguos Romanos hicieron guerras solo por haber sido injuriados los comerciantes, ó tratados mal de palabra los embajadores (*Majores vestri*). Interesa la conservacion de los aliados, á saber, de Ariobarzanes, que fué echado de su reino, y de los Asiáticos, que temen á dos reyes enemigos de los Romanos y de sus aliados, y de los Griegos que piden auxilio (*Quid quod*). Interesan las rentas públicas que se cobran de los frutos, pastos y puertos del Asia, que es la provincia mas fértil (*Nam ceterarum*). Interesan los bienes de los particulares, asentistas, comerciantes y otros muchos (*Ac ne illud quidem*).

En la segunda parte manifiesta ser grande la guerra, porque aunque Luculo en los principios fué feliz, derrotando las tropas terrestres de Mitridates, libertando á Cizico del asedio, venciendo una armada naval, abriéndose paso al Pontó, apoderándose de muchas ciudades, poniendo en fuga al mismo rey, y conservando á los aliados y tributarios (*Quoniam de genere*), en el fin no fué feliz, pues Mitridates se acogió á un rey poderosísimo (*Requiratur fortasse*), se levantaron contra Luculo muchos pueblos y naciones (*Cujus in regnum*), y sus propios soldados (*Noster autem*); y por último, en medio de estos descabros Luculo fué llamado á la Italia (*Hic in ipso illo malo*).

En la tercera parte prueba debe ser elegido Pompeyo por general, porque en él sobresalen: 1º las virtudes de un general (*Utinam, Quirites*); la ciencia militar, pues en su niñez se instruyó al lado de su padre, y despues sirvió en el ejército de Sila; en su juventud fué ya general, y en lo restante de su vida fué admirable por la multitud y variedad de sus guerras (*Quis igitur*); 2º el valor y virtudes propias de un general, de que son testigos la Italia, Sicilia, Africa, Galia, España, y todas las provincias del imperio (*Jam verò virtuti*); la guerra de los piratas extendida por todas partes, y terminada por él con muchas hazañas de gran gloria en todas partes (*Denique maria omnia*); sus virtudes políticas, el desinterés, raro en los generales y singular en Pompeyo (*Quid cetera*), la moderacion (*Age verò ceteris*); la afabilidad (*Jam verò*); la prudencia y elocuencia (*Jam quantum*); la fidelidad (*Fidem verò*); la benignidad (*Humanitate*); 3º la autoridad para con los enemigos, para con los aliados y ciudadanos (*Age verò illa res*);

4º la felicidad, por la que se han fiado en otro tiempo los ejércitos á otros generales, se le ha concedido el cielo á Pompeyo en todas sus empresas (*Reliquum est ut de felicitate*); por todas las cuales circunstancias se le debiera dar el mando aun cuando fuera solo un particular (*Quòd si Romæ*).

En la refutacion, á la primera objecion de Hortensio, á saber, que no se debía poner todo al manejo en manos de uno solo, responde Ciceron que ya en otra ocasion se engañó en este su dictamen, cuando se trató de la guerra contra los piratas (*At enim vir*). A la segunda objecion, de que no debía dársele por legado á Gabinio, responde es justo se le conceda, porque lo pide Pompeyo, porque Gabinio es el autor de la ley, y porque á los demás se les ha concedido (*Quò mihi etiam*). A la primera objecion de Catulo, que se debe mirar por la vida de Pompeyo para que pueda servir por mas tiempo á la república, responde que la república debe aprovecharse de él mientras viva (*Reliquum est ut de*). A la segunda objecion de que no se introduzcan novedades, responde, primeramente que los antepasados hicieron varias novedades en Mario y Escipion, y el mismo Catulo y demás senadores en Pompeyo (*At enim nihil novi*); y en segundo lugar, que estas novedades las pide la razon, pues otros generales saquean los templos, las ciudades y las casas (*Atque in hoc bello*); y lo exige tambien la autoridad de P. Servilio, C. Curion, Cn. Léntulo y C. Casio (*Quòd si auctoritatibus*).

En la peroracion alaba á Manilio por haber publicado la ley, y le exhorta á la constancia (*Quæ cum ita sint*); ofrece ayudarle con su consejo, estudio, trabajo é ingenio, con su autoridad de pretor, fidelidad y constancia (*Ego autem*); y protesta no haber tomado esta defensa por ganarse la voluntad de Pompeyo, ni el favor de ningun poderoso, sino por el bien de la república y de los aliados (*Testorque omnes deos*).